UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklēsiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

XLVIII. De Thalassio Caesareae Cappadociae Episcopo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14233

Visual Library

Κεφ. μή.

Περὶ Θαλασσίου τοῦ Καισαρείας Καππαδοκίας ἐπισκόπου.

Πρόκλος δὲ ὁ ἐπίσκοπος κατὰ τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον περὶ τὴν ἑπτακαιδεκάτην ὑπατείαν τοῦ βασιλέως, πράγματι θαυμαστῷ ἐπεχείρησε, καὶ οἷτε οὐδεὶς τῶν πάλαι ἐπισκόπων πεποίηκε. Φίρμου γὰρ τοῦ ἐπισκόπου τῆς ἐν Καισαρείᾳ Καππαδοκίας τελευτήσαντος, παρῆσαν Καισαρεῖς ζητοῦντες ἐπίσκοπον. ὡς δὲ διεσκέπτετό τινα πρὸς τὴν ἐπισκοπὴν προχειρίσασθαι, συνέβη κατὰ θέαν αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ σαββάτων, πάντας τοὺς τῆς γερουσίας συγκλητικοὺς ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν παρεῖναι· ἐν οἷς ἦν καὶ Θαλάσσιος, ἀνὴρ τὴν ὕπαρχον χειρίσας ἀρχὴν τῶν ἐν Ἰλλυρικοῖς ἐθνῶν τε καὶ πόλεων· μέλλοντι δὲ αὐτῷ, ὡς φήμη ἐκράτει, τὴν τῶν ἑῴων μερῶν ἐγχειρίζεσθαι παρὰ τοῦ βασιλέως φροντίδα, ἐπιβαλὼν χεῖρα ὁ Πρόκλος, ἀντὶ ὑπάρχου ἐπίσκοπον τῆς Καισαρείας ἀνέδειξεν. ἀλλὰ τὰ μὲν κατὰ τὰς ἐκκλησίας οὕτω προέκοπτεν. ἡμεῖς δὲ ἐνταῦθα που τὴν ἱστορίαν καταπαύσαντες, ἐν εἰρήνῃ διάγειν τὰς πανταχοῦ ἐκκλησίας, καὶ πόλεις καὶ ἔθνη εὐχόμεθα· εἰρήνης γὰρ οὔσης, ὑπόθεσιν οἱ ἱστοριογραφεῖν ἐθέλοντες οὐχ ἕξουσιν. ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς, ὦ ἱερὲ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπε Θεόδωρε, τὸ ἐπίταγμά σου ἐν ἑπτὰ βιβλίοις ἐκτείναντες, οὐκ ἂν ηὐπορήσαμεν ὑποθέσεως, εἰ οἱ φιλοῦντες τὰς στάσεις ἡσυχάζειν προῄρηντο. περιέχει δὲ ἡ ἱστορία ἡ ἑβδόμη, χρόνον ἐτῶν τριάκοντα δύο· ἡ δὲ πᾶσα τῶν ἑπτὰ τόμων ὑπόθεσις, περιέχει χρόνον ἐτῶν ἑκατὸν τεσσαράκοντα· ἀρξαμένη δὴ ἀπὸ τοῦ πρώτου ἔτους τῆς διακοσιοστῆς ἑβδομηκοστῆς πρώτης ὀλυμπιάδος, ἐν ᾗ ἀνηγορεύθη βασιλεὺς Κωνσταντῖνος· καταπαύσασα δὲ ἐπὶ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς τριακοσιοστῆς πέμπτης ὀλυμπιάδος, ἐν ᾗ ἡ ἑπτακαιδεκάτη ὑπατεία τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου δέδοται.

Τέλος ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας Σωκράτους σχολαστικοῦ.

CAPUT XLVIII.

De Thalaſſio Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopo.

PRoclus vero eodem tempore, Conſulatu ſcilicet Theodoſii ſeptimo decimo, rem plane admirabilem, & qualem nemo unquam ex veteribus Epiſcopis geſſerat, aggreſſus eſt. Mortuo enim Firmo Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopo, Cæſarienſes Conſtantinopolim venerunt, Epiſcopum poſtulantes. Cumque Proclus diſpiceret quem ad Epiſcopatum illum promoveret, forte accidit, ut ad ipſum ſalutandum cuncti Senatores die Sabbathi in Eccleſiam venirent: inter quos erat etiam Thalaſſius, qui provinciarum & civitatum Illyrici Præfecturam adminiſtraverat. Cum vero Orientis quoque partium adminiſtratio ei mox ab Imperatore credenda eſſet, ut fama erat: Proclus ei manum injiciens, pro Præfecto Prætorii Epiſcopum Cæſareæ illum conſtituit. Et res quidem Eccleſiæ in hunc modum proſpere ſuccedebant. Ego vero hoc loco finem Hiſtoriæ noſtræ facturus, opto ut omnes ubique Eccleſiæ & urbes atque provinciæ in pace degant. Quamdiu enim pax erit, Hiſtoriæ ſcribendæ ſtudioſis nullum ſupperet argumentum. Nam & nos qui mandatum tuum ſeptem libris explevimus, ô ſacratiſſime vir Dei Theodore, omni ad ſcribendum materia deſtituti fuiſſemus, ſi hi qui ſeditionibus delectantur, quieſcere maluiſſent. Continet autem ſeptimus hic hiſtoriæ liber res geſtas ſpatio annorum duorum ac triginta. Tota vero hiſtoria ſeptem libris comprehenſa continet ſpatium annorum centum & quadraginta. Exorſa quidem ab anno primo Olympiadis ducenteſimæ ſeptuageſimæ primæ, qua Conſtantinus Imperator eſt renunciatus; deſinens autem anno ſecundo trecenteſimæ quintæ Olympiadis, quo Imperator Theodoſius ſeptimum decimum Conſulatum dedit.

Finis Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Socratis Scholaſtici.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN